Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Et cum aperuisset sigillũ septimũ factũ est silen
tium in celo quasi media hora. Celum ut frequenti
am diuinũ iustorũ ecclã uocat. Que scilicet diu
se a frequentia rerũ corporaliũ contemplatione
intima cuidam secreti secessũ petit. & cogitatio
num tumultus reprimens interne quietis secre
tum penetrat. quasi quoddã dõ silentiũ in men
te preparat. Sed quia in hac uita nequaquã contem
platio pfecte agitur. animoq; renitentes cogitatio
num tumultus se ingerunt. recte silentiũ quasi
media hora factũ dicit. Quod si in hac uita fuisse
pfectũ. nequaquã quasi media hora. que inpfecti
onem significat. sed integra phiberet. factũ. que
pfectionem demonstrat. Quasi ergo media hora
silentiũ fit in celo cum electorũ animus in hac
mortali uita & aliquid de supna quiete percipit.
& tamen in eo quod percepit diu stare ñ ualet.
Et uidi septem angelos stantes in conspectu dei.
& date sunt illis septem tube. Ordo pposterus est
in hoc loco. quia prius unus angelus stetit ante alta
re habens thuribulũ aureũ in manu sua. & sic
septem angeli acceperunt septẽ tubas. Per septẽ
uero angelos. pdicatores uniuersalis ecclesie
intelliguntur. Qui bene angeli uocantur. quia celestia
uita nobis annuntiant. De quib̃ scriptũ est.
Angeli pacis amare flebunt. Recte etiã septenario numero
exprimuntur. quia uidelicet septiformi spũ replentur. Recte septenario numero ex
primantur. quia uniuersitatem credentium